



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

VI. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Leonardus, Clodovei I. Gall. Regis conjugē sanitati restitutā tantum terræ spatium pro mercede obtinuit, quantum a sello infidens unā nocte obiret. In cujus spatii medullio elegans ille Deiparæ templum condidit. Ibidem sepultus, multis, solo ejus nomine invocato vincula conciderunt, captivorum auxiliator. *Surius*. Quæ graviora putas vincula corporis, an animæ?

S. Leonarde ora pro me Deiparam, ut ejus clementiā peccatorum meorum nexibus liberer, quibus toties me sponte indui. Sub matris alarum ejus umbram confugio, ut sub protectionis ejus pallio tutus in pace in idipsum dormiam, & requiescam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Quos maxime amo, Marianum illis amorem instillabo.

Oculi tui, ô Virgo, columbarum, quorum sunt oculi columbarum, nisi dona septem gratiarum, id est septem spirituum super me requiescentium. *Rup. l. i. in cant.*

Quæstio: An vestis Christi, quam ei B. V. texuit, cum eodem semper creverit?